

D. D.  
DISSERTATIO PHYSICA  
DE  
**DUPLICI IRIDE  
OBSERVATA  
A CL. SCHISSLERO**  
DIE XV. FEBR. ANNI CURRENTIS  
QUAM,  
CONSENSU AMPLISS. FACULTATIS PHILOS.  
IN REG. ACAD. ABOENSI,  
**PRÆSIDE,**  
VIRO MAXIME REVERENDO atque CELEBERRIMO  
**D. N. DOCT. JACOBO  
GADOLIN,**  
PHIL. NAT. PROFESS. REG. & ORD.  
ACAD. SCIENT. HOLM. MEMB.  
ET FACULT. PHIL. h. t. DECANO.  
PUBLICO EXAMINI SUBJICIT,  
**HENRICUS LEMSTRÖM,**  
*NYLANDUS*  
DIE XIX. MAJI MDCCCLIX.  
L. H. Q. A. M. C.  
ABOÆ, Impressit DIRECT. & TYPOGR. Reg. Magn. Duc.  
Finland. JACOB MERCKELL.

SÆ RÆ M:TIS  
SUMMÆ FIDEI VIRO  
ILLUSTRISSIMO & GENEROSISSIMO  
LIBERO BARONI  
**D.N. CHRISTIANO**  
**ESBIOERN**  
**REUTERHOLM,**  
AULÆ MARESCHALLO  
Eminentissimo,  
MÆCENATI MAXIMO.

*U*n rariora & elegantiora quævis cœli pha-  
nomena animos spectatorum in se fixos de-  
tinent. Ita & TU Mæcenas Gratiostissime,  
maximis distinctus ornamenti, profundissimaque  
rerum

reruin scientia, animos eorum qui TUAS virtutes  
perspiciunt, suspensos tenes. Celse HEROS, sera  
posterioris TUA facta in grata habebit memoria.  
Secutura enim secula uberrimos percipient fructus  
laboris, quo in juvanda œconomia, scientiisque  
locupletandis occuparis. Felix Ego, si hinc lineis  
devotionem animi exprimere potuissem, sed cum  
verba mihi desint, unicum erit solarium, calidis-  
simas preces effundere, pro TUA & ILLU-  
STRIS familia TUE salute perenni. Viva  
Gratissime Domine, vivas diu & felicissime,  
vivas atque floreas. Sic vovet, qui summa a-  
nimis veneratione ad mortem usque permanebit

## ILLUSTRISSIMI NOMINIS TUI

devorissimus cliens,  
HENRICUS LEMSTRÖM.

Comministern Årewördige och Högtvällarde  
Herr H E N R I C  
L E M S T R Ö M,  
Capellan vid Siundo Församling /

Min Högtårade Huldaste Fader.

**H**itt hjärta brinner af wördnad, då jag betraktar den synnerliga ömhet, Min Huldaste Fader om mig haft. Häpnads- och wördnadsfulla vorelser, rubba mitt sinnes lugn. Mina krafter astyra då jag är i begrep, at befris- wa Min Käraaste Faders Högt bepriselliga ömhet och förlärg om min upfostran i Dygd och anständiga wettenkaper. Min tunga stavlar vid ett ämne som fordrar den största vältalig- het. Jag kan ej rördigt uttrycka de hustrua kärleks band, som fängla mitt sinne, vid min Käraaste Faders rena upfåt och kostsamma bemödande, at på det aldra kraftigaste gripa mig under armarna. Huldaste Fader, försynen som behagat til- dela Eder, ett så stort mått af sinnets häfmor, förlänge Edra dagar, och låte Eder röna sötman af sin nåd och välsignelse; Han upfylle den innerliga önskan hvaruti jag med en brin- nande outsläckelig kjärlek in i döden framhärdar

Min Högtårade Huldaste Fader

MÖLTAMENI SUECIAE HENRICUS LEMSTRÖM.

Edmstuk : lydigste Son,  
HENRIC LEMSTRÖM.

S. I.

Ris certe, inter ea cœli spectacula numerari debet, quæ forma speciosa oculos spectatoris, sæpe attoniti, in se fixos, quam diutissime retinere, atque gratissima colorum varietate, delectare solent. Admirabilis nexus in caussis eam constitutentibus, ejusdemque elegantia singularis, certissimi sunt indices Auctoris Supremi, qui universam rerum compagem tam artificiose & magnifice adornaverit. Quod si itaque tanti sit phænomenon iridis ordinarium; ecquis mirabitur extraordinariam ejus faciem, aspectusque prodigiosos præspua quâdam ratione percellere, atque in admirationem rapere omnes illos, quibus præter mentem & exspectationem obvenient. Observatum est rarissimum quoddam hujus generis phænomenon, haud ita pridem, quod quidem relatum legitur, in novellis Eruditis, d. 62. Martii, proxime præterlapsi, domini Salvii, ab Oeconomie Directore Clariſſ. Dn. Petruſ SCHISSLERO, Viro ob rerum naturalium peritiam Celeberrimo, quæ quidem relatio cum mihi Specimen Academicum eendum meditanti, materiam, neque lectori B. uti spero,

A

spero, ingratam suppeditaverit, verbotim hic anponenda videtur: "Bid min resa ifrån Gefle, Nork  
"ut den 15. Februarii, om astonen = = = sedan  
"jag kom på de sā kallade Tröje = murar, kläckau 8. en  
"half timma förr än månan upgick / synes twenne  
"Regnbågar i Öster. Alt detta har jag sedermora hört  
"at det för flera syns i Gestrikeland / Helsinge = och  
"Jemtland - - -. Deras förespå de älderstegne ic.

Hic certe numerus est cœli quæ possunt esse

S. II.

**Q**uanquam relatio hæc, fide dignissima sit censa, e re tamen esse judico, ut nonnulla, quæ ex vulgari opinione de arcu cœlesti contra eandem moveri posse videntur, dubia in antecellum diligentius expendantur. Cum itaque in vulgus ferre notum sit, solem ut plurimum, lunam vero rarissime, arcum cœlestem in pluvia, aut roscida nube caussari: neutri causæ hoc phænomenon tribui posse, facile quis existimaverit; non soli, quia ante tempus observationis, tribus circiter horis cum dimidia infra horizontem descenderit; neque lunæ, quia non antequam dimidia fere hora præterlapsa, supra horizontem hæc comparuerit. Proinde cum neutrum horum siderum, arcui cœlesti huic efficiendo præsens fuisset, haud leui de causa veritas relationis in dubium forte revocabitur. Deinde & illud obverti poterit, quod arcus conspectus fuerit in parte cœli orientali, adeoque in eadem plaga ubi sita erat luna, non vero in plaga opposita. Scilicet ex nimia profun-

profunditate solis infra horizontem, id citra dubitationem mox patet, quod sol nulla ratione heic in sensum veniat. Verum enim vero, neque antiqui neque moderni rerum naturalium inquisitores, aliter caussam arievum cœlestium tradere videntur, quam si ad plagam sideri causanti oppositam necessario apparere debeat. "Sic Seneca Nat.

"quest. L. I. c. 4. "Illud. esse dubium nulli potest  
"quin arcus imago solis sit - - . Quod ex hoc tibi  
"apparet. Nunquam non adversa soli est, sublimis  
"aut humilis, prout ille se submisit atque sustulit, con-  
"trario motu. Illo enim descendente altior est, alto  
"depressior. Sæpe talis nubes a latere solis est, nec  
"arcum efficit, quia non ex recto imaginem trahit." Similiter quoque Celeberr. MUSSCHENBROCK, Phys.  
Cap. 39. §. 1262. In ipsa arcus cœlestis descriptio-

ne, sicutum, quem dixi, postulat his verbis: "Under-  
"stundom synes på Himmelen en brokog båga/ som  
"fallas Regnboga då Solen lyser bak om Ryggen  
"på åskädaren. Nec non § 1282. "at den tredje  
"Regnbågan skal synas/ der til fødras at Solen skal  
"skina ganske klart/ bakom åskädaren. Itemque Ce-  
leb. GORDON in Phys. experim. Elem. Tom. 2. §. 1393.

"Iris nunquam appareat nisi quando ita constituitur  
"spectator, ut solem a tergo, nubem ante oculos habe-  
"at. Nec non Celeb. Gwil. Jac. GRAVESANDE in  
Phys. Elem. Mathemat. L. V. cap. XXIV. §. 3591.  
edit. tert." ad quod phænomenon, puta iridem, guttae  
aqueæ in aëre suspensæ requiruntur; ut spectator ad-  
verso sole, inter hunc & guttas collocetur: & ut post

"guttas nubes detur obscura, que magis sensibiles fa-  
 ciat colores, hi enim vix percipiuntur, si lumen vi-  
 vidum eodem tempore oculos intret. Quæ hic de so-  
 le dicuntur, de luna perinde intelligenda esse, vel  
 me non monente quisque videt. Accedit & illud  
 dubium, quod arcum radiante luna, ob luminis de-  
 bilitatem vix apparere existiment, nisi plena facie si-  
 dus hoc fulgeat, sic enim Cel. MUSSCHENBROCK l.  
 cit. §. 1283. " Icke annorledes hör Månans Regn  
 "höge förskarar / hvilken fast än han händer mycket  
 "sällan likväl blisvit sedd nattetid uti Regn / dā  
 "Månan varit full. Jam vero a tempore plenilunii  
 quatuor fere dies præterlapsi erant, atque facies lu-  
 næ lucida, prouti e calculo positio facile demonstrari  
 posset, sexta circiter sui parte diminuta erat; unde  
 periculum esse videbitur, ne lumen lunare insuffi-  
 ciens plane fuerit ad arcus in cœlo repræsentandos.

## §. III.

**Q**uicquid sit de hisce & aliisque similibus contra  
 historiam facti configendis argumentis, illa cum-  
 eta evanescant necesse est, si mathematica ratione  
 demonstrari queat, ipsum factum per naturam rei  
 possibile tamen esse. Verum mihi hocce opus jam  
 aggressuro, longe major exinde erascitur difficultas,  
 quod ipsa historia facti admodum sit manca, atque cir-  
 cumstantiis, quæ ad rem certius cognoscendam apprime  
 necessariae sunt, variis destituta. Fateor ecquidem, accu-  
 ratam observationem arcus cœlestis admodum difficilem  
 esse,

esse, imprimis ob inopinatas occasiones, quibus comparere solet, observaroribus omni instrumentorum apparatu orbatis; attamen quod attinet hanc materiam quæstionis, jure desideraverim mentionem colorum, saltem qualemcumque, utrum nimirum aliquibus coloribus distincti fuerint arcus isti, atque quinam præcise colores partes exteriores vel interiores arcuum illustraverint; quæ quidem res, uti non potest non sua quasi sponte in oculos spectatoris incurvare, ita etiam absque ulla instrumentis observari atque describi potuisset. Præterea & id facile adnotari potuisset, utrum lunæ ortu immergente elevatores facti, aut quoque modo lunæ motum secuti fuerint arcus isti, atque sic porro.

## §. IV.

**I**ndigitavi in §. 2. lunæ potius quam soli deberi illuminationem arcuum a *Dn. SCHISSLERO* visorum. Erat quidem luna tempore observationis nondum supra horizontem orta, & proinde neque radii luminis lunaris directe ad locum observationis pertingere potuere. Verum cum mox post dimidiā horam oriunda esset eadem, hinc quidem sequitur ejus profunditatem infra horizontem haud fuisse majorem quam ut radios luminis, quemadmodum in crepusculis fieri solet, ad locum dictum spargere potuerit; notum enim est, sole ad 18 gradum profunditatem licet demerso, crepuscula tamen apparere, quod ipsum per lumen lunare æque fiat necesse est. Erat vero

vero luna non nisi ad tres circiter gradus infra horizontem, adeo ut nullatenus negari queat, ejus lumen crepusculare, sufficient ad hoc phænomenon copia, atmosphærā loci penetrare potuisse. Præterea tenendum est, dupli potissimum de causa circa iridem requiri, ut sol aut luna sit a tergo spectatoris, prouti §. cit. commemoravimus. I:o quia in iride adspicienda angulus, qui continetur radiis a sole aut luna atque a quovis puncto iridis in oculum cadentibus, multo major est quam ut oculus eundem capere queat, quod quidem in iride primaria & secundaria imprimis contingit. 2:o Quia si vel maxime fieri posset, ut oculus radios solis aut lunæ simul cum radiis ex iride procedentibus capiat, iridem tamen neutquam visu tunc distingueret; quoniam hujus debile lumen altero isto vividiori penitus obscurabitur. Quod si jam ponatur, lumine lunari collustratos fuisse arcus a D. SCHISSLERO visos, utraque causa hinc excipienda est. Quod itaque hanc posteriori loco allatam attinet, mox quidem patet, eandem heic feliciter evanescere, quia nimirum infra horizontem latuit luna, adeoque lumine directo vivido iridem obfuscare haud potuit; & prior quoque causa, ob quam fidus a tergo spectatoris collocatur, heic deficiet, si demonstravero irides, quæ post factas tres quatvorve radiorum luminis reflexiones in particulis roscidæ nubis formantur, non in plaga soli aut lunæ opposita, sed ad eandem cœli partem, in qua hæc sidera ponuntur, spectandas esse. Sed favorem causæ speciællissimum conciliat atra nox, in qua vel debilissimum quod

quodvis lumen felicius discerni nemo inficiabitur. Et id quoque mihi, explicationem phænomeni modeste tentanti favebit, quod sic ad ominationes superstitionem redolentes, quas vulgus e phænomenis quibusdam rarioribus ducere solet, tollendas optime procedatur.

### §. V.

#### LEMMA I.

**S**i radius luminis in superficiem sphæricam incidat corporis nstellidi, in qua refringatur, atque ex eadem rursus emergat, una sive pluribus intra sphæram factis reflexionibus; angulus quem facit radius incidentis cum radio primum refracto, æqualis erit angulo, quem facit radius emergens cum radio ultimum reflexo; itemque angulus, quem facit radius luminis incidentis cum radio circuli ad punctum incidentiæ ducto, æqualis erit angulo, quem facit radius emergens cum radio circuli ad punctum emergentiæ ducto. Subtensæ autem singulæ in quibus intra sphæram movebatur radius, inter se æquales quoque sunt.

#### LEMMA II.

Si duo radii luminis quorum ratio refractionis sit eadem, sub diversis quibusdam angulis incidentiæ, transeant ex uno eodemque medio in aliud atque refringantur, erit differentia sinuum angulorum incidentiæ, ad differentiam sinuum angulorum refractio-

nis,

nis, ut utriuslibet radii sinus anguli incidentiae ad suum finum anguli refractionis.

### LEMMA III.

*Invenire duos angulos. Quorum sinus habeant rationem datam  $a : b$ , & quorum cosinus simul habeant rationem datam  $a : nb$ , dum nimirum  $n$  designet numerum quemvis datum. Fig. 1.*

In recta quavis data AB. sume AB : AC =  $a : b$ ; atque AB : AD =  $n : 1$ . Super DB construe Semicirculum DEB. Centro A. radio AC ducatur arcus circuli CE secans semicirculi peripheriam in E. Ducantur quoque rectae AE & DE, itemque BE, quæ producatur ultra E ad H. Præterea centro E, radio EA, ducatur arcus circuli AH secans rectam BE in H. Per E ducatur recta, datae AB parallela, secans arcum AH in I. Dico angulos AEH & IEH esse quæsitos. Littera f., præfixa angulo designato, exprimat ejusdem finum. Cum itaque per principia Trigonom. latera trianguli sint ut sinus angulorum oppositorum; patet esse jam in  $\triangle ABE$ ,  $AB : AE (= AC) = f.$   $AEH : f. ABE (= IEH) =$   $f. AB : f. AE = a : b$ . Ducantur normales AF & IG ad radium EH arcus AH; si EH habeatur pro finu toto, erit AF sinus anguli AEH, & IG sinus anguli IEH. Ergo AF : IG =  $a : b$ , consequenter  $AF = \frac{a \cdot f.}{b}$ . Intersectio rectarum IE, & AF. dicatur L. Quia angulus in semicirculo BED est rectus, erunt rectæ DE & AF parallelæ. Proinde ex parallelismo linearum ductarum patet esse  $AD : AB = FE : f. AB$ .

**FE : FB = FL : FA = 1 : n.** producatur porro EA:  
& GI. donec sibi occurrant in K, eritque FL : FA  
= GI : GK; ideoque 1 : n = IG : GK = n.IG. Sed  
KG : AF = GE : FE. Itaque si heic pro KG & AF  
substituantur earum valores inventi, erit  $n.IG : \frac{a}{b}IG$   
= GE : FE = nb : a. Ex quo tandem patet, quod  
cum GE sit cosinus anguli 1EH, atque FE sit cosinus  
anguli AEH, propositum jam sit demonstratum.

### §. VI. Fig. 2.

**L**iberanda jam est fides §. IV. data, atque ostendendum, talem esse situm iridis quartæ, quoad plagam illam unde lumen propagatur, qualem ibidem indicavi.

Supponantur heic cognita principia ista, e quibus magnitudinem atque situm iridis primariæ vel secundariæ deducere solent Physici. Cum itaque notum sit radios luminis parallelos ejusdem refrangibilitatis in sphæram refringentem incidentes atque exinde, post factas reflexiones plures vel pauciores, emergentes varie dispergi; nec non illos solummodo radios ad coloris sensum excitandum efficaces esse, qui post emergentiam sibi invicem maxime vicini parallelī manent; hinc id primo agendum erit ut inveniatur quantus sit angulus incidentiæ in superficiem sphæricam ille, sub quo id ipsum obtineat, ut radii sibi proximi incidentes, emergant sibi æque ac ante proximi & paralleli. Sit SA radius incidens in

Sphæram AC, ex qua post factas quatuor reflexiones in punctis B, C, D & E, nec non geminas refractiones in ingressu in A atque in egressu in F, tandem emergat in rectam FO. Sit aliis radius incidens priori proximus  $s_a$  qui itidem refractus in  $a$ , atque quater reflexus in  $b$ ,  $c$ ,  $d$  &  $e$  nec non denuo refractus in  $f$  emergat tandem in rectam  $f_o$ , ita ut radii emergentes FO,  $f_o$ , sint æquidistantes, quemadmodum erant ante incidentiam. Ob parallelismum & æqualem distantiam horum radiorum incidentium & emergentium erit arcus circuli  $Aa$ , interceptus inter radios incidentes, æqualis arcui  $Ff$ , intercepto inter radios emergentes, prout facile intelligitur ex Lemmate I. §. 5. Sit radius  $s_a$  respectu radii vicini SA, versus centrum sphæræ G situs; erit quoque idem emergens in  $f$ , respectu radii FO, situs itidem versus centrum G. Quod si neges, pone punctum  $f$  cadere ad partem oppositam puncti F, quasi in H; adeoque erit  $Aa = FH$ . Ex centro G. ad rectam AB, seu ad radium luminis SA refractum, demitte normalēm GI; itemque ad alterum radium refractum  $a b$  normalēm  $Gi$ . Si radius sphæræ GA. sumatur pro Sinu Toto, erit recta  $GI$ . sinus anguli refractionis radii luminis incidentis SA; atque recta  $Gi$ . sinus ang. refractionis radii incidentis  $s_a$ . Sed cum per hypothesin radius incidens SA. sit remotior, radio  $s_a$ , a centro G; erit quoque ejusdem remotioris sinus refractionis major; ideoque erit recta  $GI$ . major quam  $Gi$ ; & consequenter subtensa AB, per naturam circuli, minor quam subtensa  $ab$ , atque arcus

eus AB minor quam arcus ab. Porro est arcus ABCDEF. æqualis arcui aBCDEH; est namque per demonstrata, aA = HF, & reliqua horum arcuum pars ABCDEH est utriusque communis. Sunt quoque singulæ rectæ subtensæ, quas permeat intra sphærā unus idemque radius luminis, arcusque istis correspondentes, inter se æquales, per Lemma I. §. 5. adeo ut sit arcus AB = BC = CD = DE = EF; nec non arcus ab = bc = cd = de = EH. Itaque cum totus arcus ABCDEF. sit æqualis, toti arcui aBCDEH; erit, pars illius quinta AB. æqualis quintæ hujus parti ab. Sed supra jam demonstratum est, arcum AB esse illo ab majorem. Ergo punctum F non cadit in H, sed radius emergens fr. situs erit versus centrum sphæræ respectu radii FO.

Qvum arcus a b c d e f, æqualibus portionibus Aa. & Ff. utrinque supererit arcum ABCDEF; hinc absque prolixa demonstratione ulterius patet, & integrōs hosce arcus, & eorundem quoque partes intermedias, nimirum arcus CD & cd biseccari in quodam puncto K. Ponatur arcus AB = L: & arcus ab = M; erit arcus ABCK =  $\frac{sL}{2}$ , & arcus abcK =  $\frac{sM}{2}$  consequenter arcus Aa =  $\frac{s}{2}M - L$ . Erit sic quoque CK =  $\frac{1}{2}L$ ; & cK =  $\frac{1}{2}M$ : ideoque arcus cC =  $\frac{1}{2}M - L$ ; atque adeo Aa : cC = 5 : 1. seu Aa = 5. cC. Producantur rectæ SA & sa, ad easque ducatur per centrum G normalis Gu. secans rectam SA in u, atque rectam sa in o. Ex A demittatur ad rectam sa normalis Av; eritque

eritque  $A v = u o$ . Quia vero sibi proximi sunt radii  $SA$  &  $sa$ : poterit arcus exiguis  $aA$ . pro recta haberi. Triangula rectangula  $aA u$ . &  $GAa$ . sunt inter se similia, quoniam anguli  $aAv$  &  $GAu$ , quorum complementum commune ad angulum rectum est angulus  $GAv$ , sunt æquales inter se. Ergo  $AG$ :

$$Au = Aa: Av: \text{cunsequenter } Av = uo = \frac{Aa. Au}{AG}.$$

Pari ratione, si ex  $A$ . demittatur ad rectam  $ab$ . normalis  $Ar$ , patet similia esse triangula  $aAr$ . &  $GAI$ ; ideoque esse  $AG: AI = Aa: Ar$ , & per consequens

$$Ar = \frac{Aa. AI}{AG}. \text{ Si ex punto } C \text{ demittatur } CN$$

normalis ad Chordam  $cd$ , similia erunt triangula  $cCN$ . &  $aAr$ ; etenim habent præter illos per constructionem rectos, etiam  $Aur$  &  $CcN$ . æquales, per natum circuli, quatenus quidem chordæ  $cd$ . &  $ab$ . sunt æquales. Ergo cum supra demonstratum sit, esse  $aA = 5cC$ ; erit quoque  $Ar = 5CN$ ; ideoque  $CN =$

$$\underline{Aa. AI}. \text{ Atque hinc tandem sequitur esse } uo: CN$$

$= 5Au: AI$ . Sed recta  $Gu$ . est sinus anguli incid. radii  $SA$ , atque recta  $Go$  pariter sinus ang. incid. radii  $as$ ; unde lineola  $uo$ . est differentia horum sinuum. Eodem modo patet quoque lineolam  $CN$  esse differentiam sinuum angularium refractionis eorundem radiorum lumenis; cum enim uterque arcus  $CD$ , &  $cd$ . sit bisectus in  $I$ , erunt chordæ  $CD$  &  $cd$  parallelæ; atque ducta  $GR$ , normali ad chordam  $CD$ , secante chordam  $cd$ . in  $T$ , erit

rit  $GR = GI$ , &  $GT = Gi$ , harumque differentia  $TR = CN$ . Si itaque ratio refractionis dicatur  $I:R$ ; erit, per Lemma 2. §. 5, *no:*  $CN = I: R = 5 Au: AI$ . Patet vero rectam  $Au$ , esse cosinum anguli incidentiae; atque rectam  $AI$  esse cosinum ang. refractionis. Eo itaque reducta est quæstio, ut inveniantur duo anguli, scilicet ang. incid. & refractionis, quorum sinus datum habeant rationem  $I:R$ , & cosinus rationem  $I:5R$ .

Resolutio Geometrica patet per Lemma 3. §. 5.

Resolutio arithmeticæ sic absolvī poterit: sinus anguli incidentiae quæsitus dicatur  $x$ ; eritque ejusdem cosinus  $\sqrt{ST^2 - X^2}$ ; atque sinus anguli refractionis  $\frac{R \cdot X}{I}$ , hujusque cosinus  $\sqrt{ST^2 - \frac{R^2 \cdot X^2}{I^2}}$  atque sic per demonstrata habebitur proportio,  $I:5R = \sqrt{ST^2 - x^2} : \sqrt{ST^2 - \frac{R^2 \cdot X^2}{I^2}}$ ; unde, facto calculo, habebitur  $x = ST \sqrt{\frac{25R^2 - I^2}{6}}$ .

Sit  $I:R = 4:3$ , quod reapse obtinet in radiis minime refrangibilibus, dum ex aëre transeunt in aquam, atque tum reperietur  $x = \sin. ang. GAu = 79^\circ, 37', 44''$ , cui respondet ang. refractionis  $GAB = 47^\circ, 32'. 23''$ . Producantur rectæ  $SA$ . &  $OF$ . donec se se intersectent in  $P$ . atque recta  $OF$ . ulterius continetur ad  $Q$ ; patet, ex iis quæ jam inventa sunt, angulum  $SPQ$  facile inveniri. Etenim dupli anguli  $GAB$ , complementum ad semicirculum est ang.  $AGB$ ,

seu arcus AB; ideoq; cum arcus AF sit excessus quintuplici arcus AB supra peripheriam circuli, inde invenietur idem arcus AF. Præterea cum sic in figura quadrilatera AGFP. detur summa trium angulorum, horum scilicet duo ad A. & F. sunt inter se æquales, per Lemma. I. §. 5, atque proinde æquantur duplo angulo incidentiæ invento, tertium vero angulum ad G. dat arcus inventus AF; hinc invenitur angulus quadrilateri quartus APO, & consequenter ejusdem complementum ad semicirculum, seu angulus SPQ, qui jam reperitur =  $43^\circ, 51', 38''$ . Ponatur deinde esse I:R = 109:81, quemadmodum contingit in radiis maxime refrangilibus; erit tum  $X = \frac{ST}{2R}$

$$\sqrt{\frac{25R^2 - I^2}{6}} = \frac{ST}{102} \approx 159, 24. \text{ Ac proinde angulus}$$

incidentiæ GA u =  $79^\circ, 24', 30''$ , cui respondet refractionis angulus GAI =  $46^\circ, 55', 30''$ . Atque hinc, instituto calculo, uti in casu proxime præcedenti ostensum est, reperitur pro radiis maxime refrangibibus SPQ =  $49^\circ 34'$ .

Sit jam oculus spectatoris in O, & recta OS parallela radiis lunæ per atmosphærā loci propagatis. Sint in roscida nube guttulæ aquæ sphæricæ, in quas radii hi lunares incident; utique fieri poterit, ut spectator versus eam plagam, unde radii proveniunt, conversus, videat iridem quarti ordinis, cuius semidiameter maxima sit  $49^\circ, 34'$ , & latitudo fasciae caloratae  $5^\circ 42 \frac{1}{2}'$  circiter, in qua iride color ruber



ruber interiorem partem fasciæ occupabit, prouti  
in theoria iridum hæc phænomena demonstrari solent.

## §. VII.

**E**odem modo mutatis mutandis, demonstrari potest semidiametrum maximam iridis tertiae, radiis parallelis in guttulas pluviales incidentibus formatæ, esse  $41^{\circ}$ ,  $34'$ , & latitudinem fasciæ coloratæ  $4^{\circ}, 25'$ , circiter, in cuius interiore parte color violaceus, atque in exteriore ruber exhibetur.

Cum autem res meæ domesticæ vetent prolixitatem; hisce ulterius demonstrandis, eo lubentius jam abstineo, quo certius confido, vel ex iis quæ jam allata sunt, abunde patescere, posse iridem vide ri versus illam plagam in qua ponitur sidus radios luminis emittens; & quidem in specie fieri omnino potuisse, ut arcus a Dn. SCHISSLERO observati fuerint irides lunares tertii aut quarti ordinis; de qua quidem re multo certius constaret, si plures phænomeni circumstantias, quas supra desideravi, Claris mo viro placuisset adferre.

S. D. G.



in the present time, and the following passage  
is also from the same book:

## IV. 2

**E**cclesiastes 12:12. "And further, he said, 'Behold, I will bring you to another place where you will not see me again; for my glory is gone from you.' And he said, 'Behold, I will bring you to another place where you will not see me again; for my glory is gone from you.'

Now, if we consider the words of the prophet, we find that he has given us a clear picture of the state of things which will prevail in the world at the end of the age. He says, 'Behold, I will bring you to another place where you will not see me again; for my glory is gone from you.' This is a clear indication that the world will be plunged into darkness and despair, and that there will be no hope or comfort for those who are living in it. This is a clear indication that the world will be plunged into darkness and despair, and that there will be no hope or comfort for those who are living in it.

Now, if we consider the words of the prophet, we find that he has given us a clear picture of the state of things which will prevail in the world at the end of the age.

## IV. 3

